BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Siclus viginti obulos habet· Primo-
genitum autem bovis et ovis et capre
non facies redimi· quia sanctifi-
cata sunt omnia domino· San-
guinem tantum eorum fundes super
altare· et adipem adolebis in odorem
suavissimum domino· Carnes vero
in usum tuum cedent· sicut pect-
usculum consecratum et armus
dexter tua erunt· Omnes primi-
tias sanctuarii quas offerent filii
Israel· tibi dedi et filiis ac filiabus tuis
iure perpetuo· Pactum salis est sem-
piternum coram domino· tibi ac fi-
liis tuis· Dixitque dominus ad
Aaron· In terra eorum nichil possi-
debitis· nec habebitis partem inter eos·
Ego pars hereditatis tue in medio
filiorum Israel· Filiis autem Levi dedi
omnes decimas Israelis in possessi-
onem· pro ministerio quo serviunt
michi in tabernaculo federis· ut non
accedant ultra filii Israel ad taber-
naculum federis· nec committant pec-
catum mortiferum· Solis filiis
Levi michi in tabernaculo servien-
tibus et portantibus peccata populi· le-
gitimum sempiternum erit in generati-
onibus vestris· Nichil aliud possi-
debunt decimarum oblatione contenti·
quas in usus eorum et necessa-
ria separavi· Locutusque est domi-
nus ad Moysen dicens· Precipe Levi-
tis atque denuncia· Cum acceperitis
a filiis Israel decimas quas dedi vo-
bis· primicias earum offerte domino·
id est decimam partem decime· ut
reputetur vobis in oblationem pri-
mitivorum· tam de areis quam de
torcularibus et universis quorum

accepistis primicias offerte domino
et date Aaron sacerdoti· Omnia
que offeretis ex decimis in dona-
ria dei separabitis optima et electa
erunt· Dicesque ad eos· Si preclara
et meliora queque obtuleritis ex
decimis reputabitur vobis quasi de
area et de torculari dederitis pri-
micias· et comedetis eas in omnibus
locis vestris· tam vos quam fami-
lie vestre· quia precium est pro mini-
sterio quo servitis in tabernaculo testi-
monii· et non peccabitis super hoc egre-
gie vobis et pinguia reservantes
ne polluatis oblationem filiorum
Israel· et ne moriamini· XIX

Locutusque est dominus ad
Moysen et Aaron dicens
Ista est religio victime
quam constituit dominus· Pre-
cipe filiis ~~isr~~ Israel· ut adducant
ad te vaccam rufam etatis inte-
gre· in qua nulla sit macula· nec
portaverit iugum· tradentisque eam
Aaron sacerdoti· Que educta
extra castra· immolabitur in conspec-
tu omnium· et tingens digitum in
sanguine eius asperget contra fores
tabernaculi septem ~~diebus~~ vicibus
comburetque eam cunctis videntibus
tam pelle et carnibus eius quam
sanguine et fimo flamme tradentis·
Lignum quoque cedrinum et ysopum
coccumque bis tinctum sacerdos mit-
tet in flammam que vaccam vo-
rat· et tunc demum lotis vestibus
et corpore suo ingredietur in castra
commaculatusque erit usque ad vespe-
ram· Colliget autem vir mundus
cineres vacce· et effundet eos extra